



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 65. Concilia Vallisoletanum & Coloniense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Bonagratus Bergomas in Romana curia totius Ordinis procurator 14 Jan. 1323 in senatu frequentissimo ab hoc decreto appellans publice librum Papæ obtulit, demonstraturum, ut aiebat, suum Ordinem nimis duriter ac inique habitum esse, nec posse stare sanctionem decretis tot Paparum priorum contrariam. Offensus his verbis Papa Bonagratiū addixit carceri, ubi per annum integrum hæsit.

Sæcul. XIV.

A.C. 1323.

Vad. 1322.

n. 1. 2.

§. LXV.

Concilia Vallisolanum & Coloniense.

Dum Castiliam sub Alphonso XI regi-
mini per ætatem minorem impare
factiones variæ turbabant, Papa malo
medendi gratia Legatum miserat Guiliel-
mum Godinum Bajonæ natum, Cardi-
nalem Episcopum Sabinensem, cui man-
datum dederat 6 Nov. 1320. Vix au-
tem Alphonso avia Regina Maria deces-
serat, quod 1 Jun. 1322 factum, cum il-
le quindecim annorum Princeps regni
clavum arripuit; & paulo post Legatus
Vallisoleti, ubi Aula erat, habuit conci-
lium ex tota suæ legationis amplitudine
collectum, quod 2 Aug. dimisit.

Marian. l. 15

c. 17.

Rayn. 1320.

n. 35.

& in addit.

Id. 1322.

n. 18.

Ede-to. II. conc.

bantur p. 1682.

N 5

Sæcul. XIV. bantur ibi jubente Legato, & probante
A.C. 1372. Concilio viginti septem canones. Nota-
 tu digniores vide!

cap. I.

Licet Ecclesia præceperit, ut Metro-
 politæ quotannis concilia celebrent pro-
 vincialia; nonnulli tamen pluribus id an-
 nis non fecerunt: quæ negligentia da-
 mna Ecclesiis multa intulit. Quocirca
 omnes Archiepiscopos admonemus, ut
 observent decretum Concilii generalis
 (scilicet Lateranensis anno 1215 habiti)
 atque, si sua concilia saltem altero quo-
 vis anno non celebrent, eis ingressum
 templi, donec fecerint satis, interdici-
 mus. Eadem sub pœna prohibemus,
 nequo anno Episcopi dioecesanas syno-
 dos suas omittant.

Conc. Lat.
c. 6.
Sup. Lib. 77.
S. 49.

c. 2.

Quilibet Parochus symbolum aposto-
 licum, præcepta decalogi, Sacramenta,
 & virtutum vitiorumque species lingua
 Latina & vernacula scriptas tenebit, ac
 populo palam quotannis quater præle-
 get nimirum Natali Christi, Paschatis,
 Pentecostes, & Assumptæ in cœlum Vir-
 ginis diebus, atque dominicis verni jeju-
 nii. Nos catechismum vocamus, &
 hoc ex canone colligimus, quanta tunc
 populorum ignorantia fuerit. Præsules
 modestis utentur vestibus, & in publico
 semper tunicam lineam strictiorem ge-
 rent.

c. 6.

rent. Majoribus diebus festis rem divi-
 nam facient in suis templis, & nunquam
 secreto in facellis suis. *Sæcul. XIV. A. C. 1322.*
 Ecclesiastici
 quocunque in gradu demum sint, suarum
 prolium etiam legitimarum baptismis,
 sponsaliis, vel nuptiis neutiquam assistent,
 nec illis dotem de bonis Ecclesiæ dabunt,
 vel donationem ob nuptias facient: nam
 irritam esse volumus.

Clericorum, quin etiam Sacerdotum
 concubinatus communissimum erat vi-
 tium in Hispania; ut testatur Alvarus *De planctu*
 Pelagius illius temporis ac regni scriptor. *eccl. lib. 2.*
 Utinam, inquit, nunquam promississent *c. 27. n. 4.*
 continentiam, præsertim his in provinciis,
 ubi pœne totidem soboles Clericorum,
 quot liberi laicorum dabantur! Et quod
 horribilius est, multos per annos quoti-
 die a concubinis sacrilegisque toris suis
 veniunt ad aras, & sacrificium terroris
 plenum peragunt antea non confessi, aut
 in speciem tantum & comparatis ad fla-
 gitium iterandum animis. Concilium *c. 7.*
 mandat, ut Clerici, qui duos intra men-
 ses concubinam suam non abdicaverint,
 tertia parte fructuum ex beneficiis suis
 omnibus, post spatium bimestre altera
 parte tertia, post alios menses duos e-
 tiam ultima parte tertia, & tandem post
 menses quatuor posteriores ipso benefi-
 cio

Sæcul. XIV.
A.C. 1322.

cio priventur. Qui non habent, obtinendo inhabiles declarentur, si sint Sacerdotes; sin minus, non promoveantur ad ordines superiores. Qui concubinas a Christiana fide alienas tenent, plectantur gravius. Nempe Hispaniam multi adhuc Judæi & Mahometani incolebant.

- c. 9. Ad sacros ordines soli admittentur ii, qui saltem loqui Latine scient, nec plures Clerici, quam quot alere quævis Ecclesia potest, ne mendicare cogantur
- c. 16. aliqui non sine Cleri dedecore. Nequis jejunii verni, & quatuor anni temporibus carne vescatur, prohibemus sub anathemate latæ sententiæ. Nemo asyla sacra violet illuc profugos mandando vinculis, aut obstando, ne victus eis præbeatur.
- c. 17. Templi non muniantur instar arcium. Qui Christum non colunt, in templis sub officio divino, præsertim sub sacrificio neutiquam tolerantur: neque Christianis liceat illorum nuptiis aut exequiis interesse. Ut facilis reddatur illorum transitus ad sanam religionem, de subsidiis vitæ provideatur iis, qui post baptismum sunt ad incitas redacti: recipiantur in ædes hospitales: doceantur artes vel scientias, unde possint vivere: ad Clericatum habiles accipiant a Præsulibus beneficia: sed verbi divini præconium

conium illis non permittatur. Dabantur Christiani tam improbi, ut Christianos alios raptos vel subductos Saracenis venderent: id severe interdicitur; item, ne fiant experimenta per ferrum candens ac ferventem aquam inter Hispanos adhuc usitata.

Sæcul. XIV.
A.C. 1322.

c. 23.

c. 26.

Eodem anno ultimo Octobris Henricus Coloniae Archiepiscopus in palatio ibi suo concilium provinciale habuit, cui aderant Osnabrugæ ac Mindæ Episcopi, ambo Godefridi nomine, atque Oratores Adolphi Leodini, & Ludovici Monasteriensis Præsulum, ac Ecclesiæ Ultrajectinæ vacante sede. Hoc in concilio renovata sunt, & autoritate totius provinciæ firmata synodica, quæ Archiepiscopus Engelbertus anno 1266 pro sola diocesi Coloniensi fecerat, ut reprimerentur violentiæ hominibus ac bonis ecclesiasticis illatæ: unde conjicimus, eas anno 1322 non fuisse minores.

to. II. p. 1707

Sup. lib. 85.

§. 43.

Hoc ipso anno Coloniae captus est hæreticus quidam Valterus seu Gualterius nomine dux Fraticellorum, quorum multi septem abhinc annos in Austria combusti fuerant. Hic erat Batavus: & quia parum Latine sciebat, sermo-

Trithem.

Chron. Hirs.

an. 1322.

Sup. §. 20.

Sæcul. XIV. A. C. 1322. sermone Germanico plures scripsit libellos, quos cum deceptis occultissime communicaverat. Vaferrime respondebat veterator, & ita obfirmabat animum, ut nec promissis, nec comminationibus, nec tormentis atrocissimis ad prodendos socios adduceretur, qui tamen numerosi erant. Ex præscripto juris damnatus ad rogam, ultimoque supplicio est affectus.

